

DECRETA ANTOERII PAPAE

Carissimis atque dilectissimis fratribus per Beticae atque Toletanae provincias
episcopis constitutis, Anterius episcopus in domino salutem. 1

Optarem, fratres carissimi, semper dilectionis et pacis vestrae sinceritatis gaudia 2
5 audire, ita ut vicissim discurrentibus litteris sospitatis indicia iuventur, si qui-
etos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus sineret, qui ab initio mendax,
inimicus veritatis, aemulus hominis, quem ut deciperet, se ante decepit, pudicitiae
adversarius, luxuriae magister, crudelitatibus pascitur, abstinentia punitur, odit
10 ieiunia, minis suis praedicantibus, dum dicit esse superflua, spem non habens de
futuris, apostoli sententia repercussus dicentis: Manducemus et bibamus, cras
enim moriemur. O infelix audacia, o desperata mentis astutia. Ipse enim hor-
tatur odia et fugat concordiam et, quia facile ad deteriorem partem mens humana
transducitur volens magis per spatiosam viam ambulare quam artae viae iter cum
laborare transire. Qua de re, fratres dilectissimi, sectamini meliora et semper re-
15 linquite deteriora. Bona agite, mala vitate, ut vere discipuli domini esse invenia- 44r
nimi.

De mutatione ergo episcoporum, unde sanctam sedem apostolicam consulere 3
voluistis, scitote eam communi utilitate atque necessitate fieri licere, sed non
libito cuiusquam aut dominatione. Petrus, sanctus magister et princeps apostolo-
rum, de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius profici-
20 cere posset. Eusebius quoque de quadam parva civitate apostolica auctoritate
mutatus est Alexandriam. Similiter Felix de civitate, qua ordinatus erat, elec-
tione civium propter doctrinam et bonam vitam, quam habebat, communi episco-
porum et reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephe-
sum. Non enim transit de civitate ad civitatem, qui non suo libitu aut ambitu
25 hoc facit, sed utilitate quadam aut necessitate, aliorum hortatu et consilio potio-
rum transfertur. Nec transfertur de minori civitate ad maiorem, qui hoc non am-
bitu nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus aut necessitate
coactus aut utilitate loci aut populi, non superbe, sed humiliter ab aliis translatus
30 et intronizatus est, quia homo videt in facie, deus autem in corde. Et dominus per
prophetam loquitur dicens: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae
sunt. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, nec mutat civitatem, qui
non sua sponte, sed consilio et electione aliorum mutatur. Non igitur migrat de
civitate ad civitatem, qui avaritiae causa non sponte dimittit suam, sed, ut iam
35 dictum est, aut pulsus a sua aut necessitate coactus aut electione et exhortatione
sacerdotum et populorum translatus est ad alteram civitatem. Nam sicut episcopi
habent potestatem ordinare regulariter episcopos et reliquos sacerdotes, sic, quo-
ties utilitas aut necessitas exposcerit, supradicto modo et mutare et inthronizare
potestatem habent.

Haec, ut petistis, licet vobis ignota non sint, tenenda mandamus, ne ignorantia 4
40 quorundam meliora et utiliora vitentur et inutiliora sinantur, sicut in sancto legitur
evangelio: Vae vobis, hypocritae, quia decimatis mentam et anetum et cimum,
et reliquistis, quae graviora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem. Haec
oportuit facere et illa non omittere. Duces caeci, excolantes culicem, camelum

5 ita ut] *erroneously*, id aut 6 antiquus] *corrected from* antiquis 11 moriemur] *corrected from*
moriatur 15 vere] *corrected from* vivere 17 De ... episcoporum] rubric in margin: De mutatione
episcoporum 27 civitate] *erroneously*, aviditate, *corrected from* avitate 30 intronizatus] *corrected*
from intranizatus; *gloss in margin*: in trono positus 33 aliorum] *erroneously*, aliarum 42 mentam]
corrected from mentem 44 excolantes] *corrected from* excolentes

autem glutientes. Quod licet, non licet, et, quod non licet, licet. Quemadmodum 45
 Iammes et Mambres restiterunt veritati, sic et illi mente reprobi, amantes vo-
 luptatem magis quam deum. Quod licet, docent non licere, id est episcopos mi-
 grare de civitate ad civitatem praetaxato modo. Et quod non licet, docent licere, id
 est misericordiam docere circa patientes necessitatem, hoc tam eis, qui episcopum
 non habent et sacro episcopali indigent ministerio, episcopum de alia civitate 50
 causa utilitatis vel necessitatis tribui et episcopis persecutionem aut necessitatem
 patientibus aliam cathedram dari negant. Contradicunt etiam sacrae scripturae,
 quae testatur mavelle deum misericordiam quam sacrificium. Utrisque autem, id
 est, et famem verbi dei patientibus et episcopis necessitatem, quando inthroni- 55
 zantur propter communem utilitatem in aliis civitatibus non modica exhibetur
 misericordia. Negantes autem haec, licet speciem habeant pietatis, virtutem
 tamen eius abnegant. Nam in tali negotio prosapiem non agnosco. Si quis tamen
 sapientium, quos insipientibus tempestatis huius procella sociavit aliis auctoritati-
 bus, facinorum participatione maculantur, splendor sapientis et, si communio- 60
 nem criminum incurrit, nescit tamen ducem se praebere peccantibus. Alia est
 quoque causa utilitatis et necessitatis et alia avaritiae et praesumptionis atque
 propriae voluntatis. Avaritiae quoque causa vel praesumptionis aut propriae vo-
 luntatis non sunt episcopi mutandi de civitate ad civitatem, sed utilitatis et neces-
 sitatis. Quod nemo negat nisi hi, de quibus dictum est: Erraverunt in ebrietate,
 nescierunt videntem, ignoraverunt iudicium. Nam si enarrando cogerer aperire 65
 transacta, ostenderem vobis nullum evenire solacium de comparatione factorum.

5 Ceterum state, carissimi, super vias aspicientes et interrogantes de semitis do-
 mini antiquis et videte, quae est via bona et recta, et ambulate in ea, et invenietis
 requiem animabus nostris, et iuxta sapientiae vocem dicamus: Diligite iusti- 70
 tiam, qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis
 quaerite illum, quoniam invenietur ab his, qui non temptant apparet autem eis, qui
 44v fidem habent in illum. Perversae enim cogitationes separant a deo. Probata au-
 tem virtus corripit insipientes, quoniam in malivolam animam non intrabit sapien-
 tia nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus enim spiritus disciplinae ef-
 fugiet fictum et auferet se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, et corripietur 75
 a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiae et non liberabit
 maledictum a labiis suis, quoniam renum illius testis est deus et cordis eius scru-
 tator est verus, et linguae illius auditor, quoniam spiritus domini replevit orbem
 terrarum et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui
 loquitur iniqua, non potest latere, nec praeteriet illum, corripiens iudicium. In 80
 cogitationibus enim impii interrogatio erit, sermonum autem illius auditio ad do-
 minum veniet et ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit om-
 nia, et tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmura-
 tione, quae nihil prodest, et a detractioe parcite linguae, quoniam sermo obscu-
 rus in vacuum non ibit. Os, quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem 85
 in errore vitae vestrae, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestra-
 rum, quoniam deus mortem non fecit nec laetatur in perditione vivorum. Crea-
 vit enim, ut essent omnia, et sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non
 est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra viventium.

46 Iammes] *corrected from Iammis* restiterunt] *corrected from resisterunt* 47 docent] *erroneously, dicent* 53 testatur] *corrected erroneously to testantur* mavelle] *there follows, expunged: quae est a turna velle, which appears to be a garbled gloss on mavelle, erroneously taken into the text* 79 vocis] *corrected from vobis* 84 parcite] *corrected from partite* 88 voluit] *corrected from volunt*

90 Iustitia perpetua est et immortalis, iniustitia autem mortis est acquisitio. Impii
autem manibus et verbis accesserunt illam, et aestimantes eam amicam defluxe-
runt et sponsiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt, qui sunt ex parte
illius. Dixerunt enim apud se cogitantes non recte: Exiguum et cum tedio est
95 sit reversus ab inferis, quia ex nihilo facti sumus, et post haec erimus tamquam, si
non fuerimus, quoniam fumus afflatus est in manibus nostris, et sermo scintillae
ad commovendum cor nostrum, qua extincta cinis erit corpus nostrum, et spiritus
diffundetur tamquam mollis aer. Et transibit vita nostra tamquam vestigium nubis,
et sicut nebula dissolvetur, quae fugata est a radiis solis et a calore illius aggravata,
100 et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus et nemo memoriam habebit operum
nostrorum, umbrae enim transitus est tempus nostrum et non est reversio finis nos-
tri, quoniam consignata est, et nemo revertetur.

Propterea unicuique praevidendum est, ut summopere se custodiat et utiliter se 6
praevideat, ut, cum dies extrema finisque vitae advenerit, non transeat ad perpe-
105 tuam mortem, sed ad vitam aeternam. Facta enim subditorum iudicantur a nobis,
nostra vero iudicat deus. Ex merito vero plebis nonnumquam episcopi depravan-
tur, quatenus proclivius cadant, qui sequuntur. Capite languescente cetera corpo-
ris membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt,
his, qui substantias aliorum praediaque diripiunt.

110 Caveat unusquisque, ne aut linguam aut aures habeat prurientes, id est, ne aut
ipse aliis detrahat aut alios audiat detrahentes. Sedens, inquit, adversus fratrem
tuum loquebaris detrahendo, et adversus filium matris tuae ponebas scandalum, et
cetera. Parcant singuli detrahendo linguae custodiantque sermones suos et sciant,
quia cuncta, quae de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo invito au-
115 ditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos
servare, sed et linguam, nec quid in cuiusquam domo agitur, alia domus per vos
umquam noverit. Habeant omnes simplicitatem columbae, ne cuiquam machinen-
tur dolos, et serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. Non est humili-
tatis meae neque mensurae iudicare de ceteris et de ministris ecclesiarum sinis-
120 trum quippiam dicere. Absit, ut quicumque sinistrum de his loquar, qui aposto-
lico gradu succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam
christiani sumus, qui claves regni caelorum habentes ante iudicii diem iudicant.
Veteri quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra
castra positus lapidabatur a populo aut gladio cervice subiecta contemptum expia-
125 bat cruore. Nunc vero inoboediens spiritali animadversione truncatur et eiectus de
ecclesia rapido daemonum ore decerpitur. 45r

Oportet enim, ut, qui deum hereditate possident, absque ullo impedimento 8
saeculi deo serviant, ut dicere possint: Dominus pars hereditatis meae, o quam
bonus et suavis est spiritus tuus, domine, in omnibus. Parcis autem omnibus,
130 quoniam tua sunt, domine, qui animas amas. Ideoque hos, qui exerrant partibus,
corripis et, de quibus peccant, admones et alloqueris, ut relicta malicia credant in
te, domine. Tu autem deus noster suavis et verus es, patiens et in misericordia
disponens omnia. Etenim, si peccaverimus, tui sumus scientes magnitudinem

91 accesserunt] above the line: vel accersierunt 93 tedio] corrected from contedio 97 qua] corrected
from quia 100 nemo] erroneously, ne 105 Facta ... subditorum] rubric in margin: Facta subditorum
iudicantur a sacerdotibus; sacerdotum (sic!) vero iudicat deus 111 Sedens] corrected from
sedes 116 cuiusquam] corrected from cuiusdam 118–119 humilitatis] corrected from
humilitas 123 lege] corrected from legi 125 inoboediens] corrected from inoboedi

tuam, et si non peccaverimus, scimus, quoniam apud te sumus computati. Spiritus timentium deum quaeretur ab eo, et in respectu illius benedicentur. 135

- 9 Quapropter, fratres carissimi, sermo malus ex ore vestro non procedat, sed, si quis bonus est ad aedificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristari spiritum sanctum dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malicia. Estote autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filii carissimi et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine aut stultiloquium aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intellegentes, quod omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in Christi regno et dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter haec enim venit ira dei in filios diffidentiae. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate probantes, quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quae enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est edicere. Omnia autem, quae arguuntur, a lumine manifestantur, omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit tibi Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intellegentes, quae sit voluntas dei, et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu loquentes vobismetipsis in psalmis hymnis et canticis spiritalibus cantantes et psallentes in cordibus vestris domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo et patri subiecti invicem in timore Christi. 140 145 150 155
- 10 State itaque, fratres, et tenete traditiones apostolorum et apostolicae sedis, ut dominus noster Iesus Christus et pater noster, qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratiam, exhortetur corda vestra et confirmet in omni opere et sermone bono. De cetero, fratres, orate pro nobis, ut sermo domini currat et clarificetur sicut et apud nos, et ut liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem deus est, qui confirmabit vos et custodiet a malo. Quapropter ponite indesinenter corda vestra in virtute dei, et resistite semper malis et enarrate haec iuxta vocem prophetae in progenies alteras, quoniam hic est deus, deus in aeternum, et ipse reget nos in saecula. 160 165 170
- 11 Unde vos, qui in speculo a domino estis constituti, comprimere et repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias praeparant aut in eos seditiones et scandala excitant. Facile est enim verbo hominem fallere, sed non deum. Ideo hos repraesentare et ab his vos oportet avertere, quatenus extincto funditus huiusmodi caligine lucifer eis resplendeat et laetitia oriatur in eorum cordibus. Confidimus autem, fratres, de vobis in domino, quoniam, quae praecepimus, et facitis et fa- 175

136 procedat] *corrected from* procedit 147–148 in ... dei!] *corrected from* in Christo regni et deo 153 quae] *corrected from* qui te 167 nos] *above the line: vel vos* 178 quae] *corrected from* quem

180 cietis. Quanto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tanto maiorem vicissitudinem ab omnipotente deo, cui serviunt, exspectatis. Omnipotens deus sua vos protectione custodiat honoremque perceptum servare concedat, et gloria honorque deo patri omnipotenti eiusque unigenito filio salvatori nostro cum spiritu sancto sit in saecula saeculorum. Amen.